This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

6000285438

6000285438

1885. V. 1.

DIEI NATALIS

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

GUILELMI I

GERMANORUM IMPERATORIS REGIS BORUSSIAE

FAUSTISSIMA SOLLEMNIA

QUORUM LAETITIAM ORATIO

AB EO QUI H. T. MUNERE PROFESSORIS ELOQUENTIAE FUNGITUR

FRIDERICO BLASS

HABENDA INTERPRETABITUR

DIE XXII. MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXXXV

IN MAGNA AULA HORA I POST MERIDIEM CELEBRANDA

INDICUNT

RECTOR ET CONSISTORIUM ACADEMICUM

UNIVERSITATIS CHRISTIANAE ALBERTINAE KILIENSIS.

INEST FRIDERICI BLASS DISSERTATIO DE PHAETHONTIS EURIPIDEAE FRAGMENTIS CLAROMONTANIS.

ACCEDIT TABULA PHOTOLITHOGRAPHICA.

KILIAE

PROSTAT IN LIBRARIA ACADEMICA

EX OFFICINA SCHMIDTII ET KLAUNIGII

1885.

2927. c. 1.

[illegible]

ΤΑ[illegible]ΤΩ[illegible]ΜΟΥ[illegible]ΛΑΛΩΝ

ΓΛΩΣΣΗ ΛΑΛΩ·

ΑΛΛΑ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΘΕΛΩ

ΠΕΝΤΕ ΛΟΓΟΥΣ [illegible]

ΤΩ ΝΟΪ ΜΟΥ ΛΑΛΗΣΑΙ·

ΙΝΑ ΚΑΙ ΑΛΛΟΥΣ ΚΑΤΗΧΗΣΩ·

Η ΜΥΡΙΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ

ΕΝ ΓΛΩΣΣΗ·

ΑΔΕΛΦΟΙ

ΜΗ ΠΑΙΔΙΑ [illegible] ΤΑΙΣ ΦΡΕΣΙΝ·

ΑΛΛΑ ΤΗ ΚΑΚΙΑ ΝΗΠΙΑΖΕΤΕ·

ΤΑΙΣ ΔΕ ΦΡΕΣΙΝ

ΤΕΛΕΙΟΙ ΓΙΝΕΣΘΕ·

ΕΝ ΤΩ ΝΟΜΩ ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ

[illegible]

ΩΣΤΕ [illegible] ΓΛΩΣΣΑΙ

ΕΙΣ ΣΗΜΕΙΟΝ ΕΙΣΙΝ·

[illegible]

Phaethontis Euripideae fabulae fragmenta duo satis longa e codice Claromontano, qui inter Parisinos est no. 107, hoc nostro saeculo primum edita sunt. Est ille codex epistularum S. Pauli notissimus, sexti ut putant saeculi, eo maxime insignis, quod *στιχηδόν* scriptus est; singulos enim versus singula commata interdum minutissima occupant. Additur versio latina, quae e regione Graecae scripturae in alteris paginis exstat. Librarius eius codicis, cum folia duo (no. 162 et 163) casu aliquo, ut videtur, vitiata essent, ad supplendum damnum totidem ex Euripideo codice abstulit, easque circumcidendo suo codici aptavit. Scripturam veterem delevit, Pauli verba Graeca superscripsit; verum versionem Latinam alteris paginis non intulit, sed has scriptura vacare passus est. Ceterum lineae transversae, in quibus versus scriberentur, etiam his paginis inductae sunt.[1]) Codici autem haec nova folia eo modo inserta, ut margo interior complicaretur, insutoque folio pars complicata conglutinaretur. Cum autem veteris scripturae multa neque obscura vestigia comparerent, abesse non potuit quin ea res animos virorum doctorum adverteret. Itaque adhibitis solitis medicamentis, quibus scriptura evanida resuscitatur, longe maxima Euripideorum versuum pars satis commode legi potuit descriptaque est et ab H. Hasio et ab Immanuele Bekkero. Ex huius apographo primus edidit G. Burgesius Britannus in Diarii classici („Classical Journal“) vol. XXII (1820) p. 156; subsecutus est apud nos Godofredus Hermannus, cui et Bekkeri apographum praesto fuit et Hasii duo, dissertatione a. 1821 scripta, inserta postmodo Opusculorum volumini tertio. Non fuit cuius ardentius studium hae reliquiae veteris artis tragicae excitaverint quam Goethii nostri: qui eodem anno adumbrandae totius tragoediae periculum fecit, conversis fragmentis omnibus in nostram linguam et quadam tenus ex ingenio suppletis. Deinde peculiari commentatione Phaethontem Euripideam illustravit Sebaldus Rau Batavus[2]); alia contulit J. A. Hartung in Mus. Rh. vol. V p. 573 (cf. Eurip. restitut. vol. II, 191 sqq.); alia Welckerus ibidem p. 591 et in magno opere de tragoediis graecis conscripto. Post Hasium Bekkerumque nemo, quod equidem sciam, codicis scripturam denuo examinaverat; quae enim erat Bekkeri et industria et in codicibus qualibuscunque legendis exercitatio, non immerito desperasse omnes videntur plura rectiorave omnino legi posse. Re vera optime illi viro clarissimo hoc quoque negotium successit; plurimaque, quae Hasium effugerant, illius oculorum aciem effugere non potuerunt; quae autem potuerunt, cuiusvis laborem quamvis intentum pleraque fallent. Sed partem aliquam operis neque Bekkerus neque Hasius omnino attigit. Fuerunt in Euripidei codicis uno quoque folio non binae paginae, sed quaternae, i. e. binae in recto, totidem in verso: qui mos scribendi etiam in pedestris orationis libris multis observatur, velut in Novi Testamenti codice Sinaitico. Recidendo autem cum ab inferiore parte quaterni fere versus perierunt tum alterius paginae et recti et versi folii maior pars; mansit tamen harum quoque paginarum in utroque folio particula, ut exigua ita non prorsus spernenda. Sunt exitus versuum initiaque, quae quamvis liquoris benefici

[1]) De rectis lineis vel binis vel ternis, quae in quaque pagina conspiciuntur, dubius haereo, uter librarius eas induxerit.

[2]) Epistola de Euripidis Phaethonte, scr. Sebaldus Jan. Ever. Rau. Lugd. Bat. 1832.

illius, quo cetera perfusa sunt, expertia manserunt, nunc tamen paullo commodius quam antehac legi possunt. Abstrusa enim erat ea foliorum pars in codicis intimos recessus, et id quod complicatum erat omnino usu carebat; nunc autem auctore viro clarissimo Leopoldo Delisle, qui bibliothecae Parisiensi praeest, duo folia ex codicis compage exsoluta sunt, marginesque replicati. Idem curavit ut quattuor facies photographica arte quam diligentissime exprimerentur, exemplaque mecum communicavit.[1]) Qua pro liberalitate curaque et ipsi et eius adiutori Henrico Omont, qui non uno nomine me sibi obstrinxit, hoc loco publice grates debitas actas esse volo.

Mea autem opera haec fuit. Primum a. 1877 haec fragmenta tota contuli; quod ex paginis detruncatis tum legi potuit exscripsi. Deinde a. 1884 et integrarum paginarum locos aliquot denuo inspexi, et detruncatarum apographum minus quam antea mancum confeci. Harum igitur reliquiarum ecqui sit usus mox apparebit. Sed res monet ut pauca prius de vetusto codice Euripideo, cuius lacinias tenemus, in universum disputem.

Ex prioris folii pagina posteriore apparet, versuum numerum in singulis paginis fuisse XLI. Litterae satis grandes sunt, vix minores quam in ipso Claromontano; sed versus paullo angustius quam in hoc dispositi. Ne genus quidem scripturae multum discrepat: rectae sunt litterae in utroque, forma plerumque lata nequedum in angustum redacta; tum capitales ductus crassitudine insignes, tenues reliqui, ut interdum nunc quidem oculum effugiant. Sed Claromontani librarius et hanc differentiam auxit et tenues lineas crasso puncto terminavit, quod genus scripturae claviforme nunc dicitur; contra antiquior haec puncta vix indicavit. Sunt in singulis quoque litteris differentiae: *Α Δ Λ* in recentiore codice angustiore forma sunt; *Π* litterae summa linea in utramque partem porrecta; *Κ* litterae dextra pars a sinistra magis quam in altero separata. *Φ Ψ Ρ* in utroque in inferiorem partem porriguntur (*Φ Ψ* etiam in superiorem); at *Υ* magis in Euripideo quam in Claromontano. Si hic sexti saeculi est, alterum sine magni erroris periculo uno saeculo antiquiorem feceris et ad quintum rettuleris. Sed missum iam faciamus Claromontanum; de Euripideo solo agamus. Scriptura eius hoc inaequalitatis habet, quod in extremis versibus, ne spatium vel deficiat vel totum expleatur, litterae admodum decrescunt, rotundae maxime (*Ε, Θ, Ο, C,* etiam *ω*), minime omnium eae quae lineam rectam habent, ut *Ι, Υ, Τ, Π*; itaque sicubi in clausula versus *Ε* et *Τ*, ut exemplo utar, iuxta ponuntur, minor littera quasi sub umbra maioris delitescit. Plene autem omnia scribuntur, nisi quod *ΩΝ* syllaba, sicuti iam in papyris Hyperideis, ubi versum claudit $\bar{\omega}$ nota significatur; subinde etiam *ΟΝ* nota $\bar{O}$. — Correctoris manus, qui innumerorum vitiorum quae librarius admiserat in priore folio maximam, in posteriore minimam partem sustulit, ex minio quo usus est facillime distinguitur, neque quicquam clarius apparet quam alterius manus additamenta. Eadem addidit personarum notas paragraphosque, quibus aliam personam excipere indicatur, id est lineas transversas initio versuum suppositas. In personarum notis cursivo quod vocamus scripturae genere usa est, id est inclinatis ligatisque litteris et diversa quarundam forma, maxime *Ε* litterae, cuius superior pars ab inferiore separatur et cum proxima littera ligatur. Item in correctis locis litterae saepius paululum inclinatae sunt, magnitudine autem aliquanto minore quam primae manus scriptura. Accentus spiritusque (*Ͱ* vel *L*; *ˀ*) corrector in prima pagina passim appinxit, postea raro; apostrophus et duo puncta, quibus *Ι* littera syllabam incipiens insignitur, etiam

[1]) Ne lectores exemplo priscae scripturae carerent, una ex eis tabulis (II, 1) photolithographica arte effecta huic dissertationi adiecta est.

a prima manu hic illic exstant. Iota mutum pro libidine vel omissum vel additum, sed in ordine ceterarum litterarum. Interpunctum est a correctore, neque maiore diligentia: ceterum distinguitur *στιγμὴ τελεία* in summo versu posita ab *ὑποστιγμῇ* (vel *μέσῃ*), quae ad medias litteras et in medio versu adicitur. In fine orationis, ubi alia persona excipit, duo puncta in modum nostri „coli" poni solent. — Denique hoc moneo, initia versuum retrahi, cum breviora sint cola, eadem proferri, ubi longiores versus velut senarii redeant: quod vulgo in libris factitatum et *εἰσθέσεως ἐκθέσεως*que vocabulis nuncupatum esse aliunde compertum habemus.

Fabula ipsa de Phaëthonte omnibus notissima; altiores eius origines nuper docta commentatione perscrutatus est Udalricus de Wilamowitz-Möllendorf (Herm. vol. XVIII, p. 396—434). Nobis nunc cum Euripidea fabula sola eiusque reliquiis negotium est. Prologi qui proprie dicitur fragmentum servavit Strabo (I p. 33): *ὅ τ' Εὐριπίδης ἐν τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην δοθῆναί φησι*

Μέροπι τῆσδ' ἄνακτι γῆς,
ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί·
καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἕω φαεννὰς Ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Significatur terra ad ipsum orientem solem sita, ultra Aethiopes, quos Homerus facit *ἐσχάτους ἀνδρῶν* (Od. *α* 23). Affluere Oceanum ortusque suos fontesque illis regionibus habere in chori primo carmine diserte dicitur. Addit Strabo: *νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ, ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκίᾳ τῇ Μέροπος· καὶ ὅλῃ γε τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται.* Quid dicere velit obscurius est; sed patet discretas esse postea a Meropis terra Solis *ἱπποστάσεις*, quae confundi cum ea his versibus videntur. — Sequebantur vel continuo vel paullo post hi versus:

θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ ὑπερτέλλουσα γῆς
καίει τὰ πόρρω, τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

Quorum alterum servavit Stobaeus (Ecl. I, 25, 3), alterum Vitruvius (9, 1, 13); coniunxit Barnesius. In altero *τἀγγύθεν δ'* Valckenaerii correctio est pro *ταγγυγναιειε* codicum. Prologo Goethius tribuit; minus recte Matthiae alii e narratione de Phaethonte auriga currus paterni desumptos esse putaverunt. Ratio autem a poëta redditur, cur haec terra quae tam prope a Sole absit omnino habitari possit. — Praeterea Laertius Diogenes (II, 10) tradit Euripidem in hac fabula solem *χρυσέαν βῶλον* dixisse: fueruntque qui putarent *χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει* variam lectionem fuisse ad *χρυσέᾳ βάλλει φλογί* fragmenti primi; at alii Orestis locum (983): *ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου*, in mente habuisse Diogenem statuerunt. Sed nihil cogit ut negemus aliquo Phaethontis loco haec verba exstitisse. — Clymenen ipsam prologum locutam esse probabiliter coniecit Rau, etsi Strabonis verba non hoc indicent. Quae primo diluculo, ante ortum Solis, prodiit, ut cum filio Phaëthonte de nuptiis quas ei pater parabat ageret. Filius enim nuptias abnuebat, supra se eas esse arbitratus; quippe dea aliqua ei a patre desponsa erat. Iam mater ut animos eius erigeret veram originem tandem aperit: Solis eum esse filium e clandestino commercio olim conceptum, non Meropis mortalis hominis. Extrema pars huius colloquii prologique fabulae in Claromontani fragmento priore nobis servata est. Habemus XVIII senarios in altera pagina; in prima detruncata exitus versuum XXXVII. Quae reliquiae quamvis magnum usum nondum praebeant, tamen quales legere potui iam subicientur.

(ΦΑ.) συναλλ]αγὰς ϑεῶν
ἐ]κπέμπων πατήρ:
(ΚΛ.) εις λέχος
ΠΑΙΔΟϹΟΥϹ
. . . . ΟΝ
. . . ων λέχη:
(ΦΑ.) νος μένηι
ΟΓ —
νονϑ' ὁρῶ
ώμενον:
(ΚΛ.) . . . . . .
οηλίους
λεν πατρί
ΕΔ . . . σιν
Ο . . ΑΤΑΡΙ
δ]ευτέρ[ο]υς
. . . . λέχη
λει λέγεις

ΑΙ ϑεοῦ
ἐ]λπίσιν
ἐ]λε[ύϑ]ερον
Ελήμ[ε]ϑα
. νσμαι φιλεῖ
ατης γάμοι
. ΕΥϹΑΤΕω
. . ΑΙΠΙ . . ΝΑΙ
ρωμένον
ϑων ὅτον
ΕΚΤΑ . φρενί:
(ΦΑ.) (spat. vac.)
ἐν]νέπουσά μοι
ληοω πατρός
(spat. vac.)
νον φίλον:
(ΚΛ.) τ]ὰ φίλτατα.
(ΦΑ.) εὖ δὴ τιϑεὶς
δ]όξαν φανῶ

V. 1 γ, linea transversa Θ et Ε litterarum, ων a corr. De συναλλαγαί v. Hippol. 652. Phaethon loqui videtur. — 2 post πατὴρ duo puncta, itaque fort. finis orationis. Item ut vid. post λέχη v. 6. — 9 apostr. et circumfl. appinxit corr. — 10 finis orationis? — 12 et 13 a corr., item ν v. 14. — 29 finis orationis? — 30 fuit interiectio veluti φεῦ. item 33. ceterum v. 31, 32 a correctore sunt. Phaethontem loqui apparet. — 34 φιλο̄: — 35 πραγματα pr., φιλτατα corr. superscripsit, punctum ut vid. addidit. — 36 τιϑεισ legitur.

Post quattuor qui in extrema pagina I interciderunt versus (38—41) excipit altera pagina paene integra servata. Clymenen prima loqui apparet.

μνησϑεὶς ὅ μοι ποτ' εἶφ' ὅτ' ηὐνάσϑη ϑεός,
αἰτοῦ τί χρῄζεις ἕν· πέρα γὰρ οὐ ϑέμις
λαβεῖν σε· κἂν μὲν τυγχάνῃς ἅ — ◡ —
ϑεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.
ΦΑ. πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα ϑερμὸν Ἡλίου;

V. 1 ὉΜΟΙ (cum spiritu accentuque a m. s.) cod.; eadem ad ειπε spir. addidit. ΚΙΠΕΤΚΥΝΑϹΘΗ pr.; Ο inseruit corrector, accentus appinxit ad Ο et Δ, apostrophum post Τ. Interpunxit post ϑεος Nauck., ad Solem hoc μνησϑείς referens; Hartung, (Mus. Rh.) etiam μνησϑεῖσ' scripsit. 2 χρηζεις, sed περαι cod. — A corr. haec sunt: quarta littera (Ο) ex alia correcta, spir. ad εν, interp. (μέση) post εν; voculae ΟΥ altera littera adiecta, prior ex Π correcta. In fine ϑεμις Bk. recte legisse videtur. 3 post σε est στ. τελεία. Tum τυγχανησ ut vid. cod. (sine ι). post id v. ε legit Bk.; mihi spiritus asperi certe signum haud ambiguum. Bk. ἐτητύμως ci.; G. Hermann σάφ' ἴσϑ' ὅτι; Wilam. ὅτου ϑέλεις. 4 post πέφυκας est στ. μέση, post εγω τελεία; sub ϑεου paragraphus. 5 praescr. ΦΑΚ, subiecta paragr. — punctum duplex post προσειμι et post ηλιου. — ϑεμον cod. (ϑερμὸν Burg.).

ΚΛ. κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.
ΦΑ. εἴπερ πατὴρ πέφυκεν, οὐ κακῶς λέγεις.
ΚΛ. σάφ' ἴσθι, πεύσῃ δ' αὐτὸ τῷ χρόνῳ σαφῶς.
ΦΑ. ἀρκεῖ· πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ' ἔξω δόμων
δμῳαὶ περῶσιν, αἳ πατρὸς κατὰ σταθμοὺς
σαίρουσι δῶμα, καὶ δόμων κειμήλια
καθ' ἡμέραν φοιβῶσι, κἀπιχωρίοις
ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰσόδους δόμων.
ὅταν δ' ὕπνον γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ, καὶ λόγους γάμων πέρι
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, Ἡλίου μολὼν δόμους
τοὺς σοὺς ἐλέγξω μῆτερ εἰ σαφεῖς λόγοι.

Intro abit Phaëthon cum matre; ancillarum qui progressus erat chorus postquam ture accenso ostia fumigavit in orchestram descendit *πάροδον*que canit.

ΧΟ. (— — — — ◡◡ —   στρ. α'
(— — — — — κατὰ γᾶν·
(◡ δειλα   — ◡◡ —
(— — — — — ◡◡ —
(μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν
(ἀηδὼν ἁρμονίαν,

---

6 *κεινω* cod.; in fine *τοσῦ:* Personae nota neque hic neque ante vv. 7. 8. 9; pro ea est paragr. sub v. 5. 6. 7. 8. 7 *επει* pr., *ειπερ* corr. — *κακῶς λέγεις:* his accentibus exstat; *ΚΑΚωC* etiam Hasius; non recte *καλῶς* Bk. *(εἴπερ π. π., κοὐκ ἄλλως λέγεις* cum Burgesio G. Hermannus; non magis recte Nauckius *ἐπεὶ π. π.; οὐ κακῶς λ.* Est secundum nostrum sermonem: „Falls er Vater ist, so mag das schon sein.“ 8 *σαφ'ἴσθι. πευσηδ'αυτο,* tum *τωχρονω* pr, duo *ι* add corr. In fine duo puncta. 9 *αρκει. πεποιθα*: in *λεγειν ν* a corr. est. 10 *αλλ'ερπ'εσοικουσ. καιγαρᾶιδεξωδομῶ.* 11 *δμωαιπερωσιν. αἱ.* Tum Bk.: *πατρὸς . . τας γάμους;* H. *ΠΑΤΡΟCΙΟΙΑΩΡΙΜΟΙ,* addens quartam a fine litt. a corr. in *Κ* mutatam, supra scriptum *Α.* Ego post *πατρος* litteras *κατασ* dubitanter agnovi, tum vel *Τ* vel *Ρ;* sequitur litt. correcta et ante eam superscriptum *Α,* dein *ΜΟΥ* (dubia ultima). Puto *καταστομους* primo fuisse, correctorem *Ο* in *Θ* commutasse. *Σταθμοί* „domicilium“ est, sicut apud Pindarum, sive nostrum „Gehöfte.“ *(Πατρὸς κοιμωμένου* G. H., *πατρῷον ὥριμοι* cum Coningtone N.) 12 *δωμα. καιδομων . . μηλια* fere legi potest; in lacuna *ΛΑ* et huic litterae superscr. a corr. *Κ* apparuerunt. Bk. *δόμων κειμήλια* legit, quem et ipse sequor. *καμηλια* librarium primo dedisse non improbabile. Significantur opera arte facta, velut *θρόνοι* similia; verum non pretiosissima illa aurea in thesauro regis abscondita, de quibus sermo fit in fragmento altero v. 50 sq. 13 interp. *μέσῃ* post *φοιβῶσι.* 14 in fine *δομῶ:* Non dissimulo displicere mihi (ut Burgesio) *δόμων* vocabulum tam saepe recurrens: *δόμων — (δῶμα) — δόμων — δόμων — δόμους;* sed mutare quis ausit? 15 *ουταν* pr., *οτανδ'* corr. — *υπνου* cod., emend. G. H. *(ὕπνου ἐκλήγων* ci. N.). In fine *πατήρ* Bk., ego *πατρ* legere mihi visus sum. 16 *αμειψη. και,* tum *πέρι.* 17 *λεξηπροσημασ. ηλιου;* in fine *δομοις* pr.? *δομους* corr. 18 *τουσσουσλ* — pr; corr. tertium *σ* in *Κ* mutavit (teste Hasio), *σ* antea addidit. Etiam *ξω* a corr. restituta ex aliis litteris, et *εισ* ex *σισ.* 19 Hinc omnia usque ad finem paginae *ἐν εἰσθέσει* scripta sunt. Versus primi paene toti evanuerunt, praeter ea quae corr. scripsit: *καταγαν.* (cum *στιγμῇ μέσῃ*) 20, *δ* litterae summam et imam partem, *Κ* litterae mediam lineam, denique *Α* v. 21. Ante *Δ* trium litt. spatium. Minus clare post *δειλα* legere visus sum . . *α* . *κυ* . . *μαι.* — Num *παν]δείλα[ς δ'] ἁ[λ]κυόνος*? — De versuum indole et distributione v. Wilamow. p. 402 sq.; sunt quaterni binorum colorum similiter formati, nisi quod ultimus in catalecticum colon desinit. Ibidem perditi initii elegantem restitutionem invenies. 23 *δ'εν δένδρεσι* post Burgesium Nauck; at syllaba brevis non offendit, et auribus insuavissimum *δενδεν.*

ὀρθρευομένα γόοις
Ἴτυν Ἴτυν πολύθρηνον.

Σύριγγας δ' οὐριβάται ἀντ. α'
κινοῦσιν ποίμνας ἐλάται.
ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν
ξανθᾶν πώλων συζυγίαι.
ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ
στείχουσιν θηροφόνοι·
παγαῖς τ' ἐπ' ὠκεανοῦ
μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.
Ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας στρ. β'
ἀνέμων τ' εὐαέσσιν ῥοθίοις·
ἀνὰ δ' ἱστία ν – ◡◡ – ◡◡ –
– – – – ◡◡ – –
– – ◡ – ◡◡ – –
– – ◡◡ – –
◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ –
σινδὼν δὲ πρότονον ἐπὶ μέσον πελάζει. Pag. III
Τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα πέλει ἀντ. β'
κοσμεῖν' ὑμεναίων δεσποσύνων δ'
ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἄγει καὶ ἔρως
ὑμνεῖν· δμωσὶν γὰρ ἀνάκτων

---

25 *ριθρευομενα* pr.; corr. *ο* praeposuit, *ι* delevit. **26** *ἴτυνἴτυν*. — *Πολύθρηνον* Bk.; ego *η* non vidi, *ρ* et *νον* dubitanter agnovi. **27** *συριγγος* pr.; corr. *α* pro *ο* et apostr. post *δ* adscripsit (it. apostr. v. 29). **28** pro suspecta forma *ἔγρονται* N. vel *ἔρχονται* vel *ἵενται* ci. **30** *ξανθων* corr., quae varia lectio fuisse videtur; certe *ξανθαν* (pr.) non meri erroris simile est. *Ξανθᾶν* GH. N. — *συνζυγιαι* cod., quae est orthographia aetatis alexandrinae. — **31** *ηδηδ'εισ* cod. **33** *πηγαις* cod., corr. Wilam. — Vitiosum reddidit versum N. scribendo *πηγαῖσι*, scilicet ut strophae versui magis exaequaret; sed in his polyschematistis itidem ut in glyconeis non licet duas breves inter longas initiove plus semel poni. GH. transposuit strophici versus verba: *γόοις ὀρθρευομένα;* sed hiatus quem intulit (sequitur *Ἴτυν*), multo mimus inter cola duo arcte conexa tolerandus quam responsionis licentia alias quoque in talibus versibus obvia (Soph. O. C. 511 et 523; Eur. El. 168 et 192). — Ceterum apostr. bis addidit corr. **34** *μελιβυασκυκνοσαιει* pr. **35** *ἀκοντοιδ'* acc., acc. et apostr. a corr.; emendavit Matthiae. — *υπ'ειρεσιας*, apostr. et *ασ* a corr. **36** *ανεμωντ'* a corr.; item acc. ad *ευαέσιν* et *ροθίοισ;* sec. H. etiam ipsum *ροθίοις* et alterum *Ε* in *ευαεσιν*, pro quo *ι* fuerit. Confirmat photographia. *Εὐαέσσιν* Wilam. **37** recidendo huius versus maior pars ablata est; etiam in initio summae tantum litterarum partes exstant: *αναδ'ἱστιαν*. Pag. III (in folii versi parte sinistra). Primi quattuor versus *ἐν ἐκθέσει* scripti; qui sequuntur usque ad v. 33 *ἐν εἰσθέσει*. V. **1** *πρόγονον* cod. (acc. a corr.), em. GH. — post *πελαζει* (ita cod. et Wilam., non recte H. et Bk. *πελάσει*, unde *πελάσσει* GH.) interp. *τελεία*. **2** *εταροισι* pr. **3** *κοσμεινυμεναιωνδεδεσποσυναῶ* pr; corrector paenultimam litteram induxit. Falso Bk. *ὑμεναίῳ*. Burges. ci. *κοσμεῖν, ὑμέναιον δεσποσύνων δ';* GH.: *κῶμον δ' ὑμεναίων δεσποσύνων;* post Fritzschium (ind. l. Rostock. 1856/7) Wilam. *κόσμον δ' ὑμ. δ*. Sed genetivum ab *ἔρως* pendere oportet, ne hoc nomen nude positum intellectu careat. Sensus illustratur versibus 11 sqq. Etiam cum *δίκαιον* apte coniungitur *ὑμεναίων*; *τὸ δίκαιον τῆς Μούσης* est ap. Plat. Legg. III, 700 D. **4**. *δικαιονεαγει* cod., em. Burges. GH. **5** *υμιν* pr.; corr. *νε* superscripsit et *στιγμὴν τελείαν* addidit. — *ανασσων* pr.

εὐάμεροι προσιοῦσαι
μολπαὶ θράσος αἶρουσ'
ἐπὶ χάρματ'· ἐπεὶ δὲ τύχα τι τέκοι,
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.
Ὁρίζεται δὲ τόδε φάος γάμων τέλος, ἐπ.
τὸ δή ποτ' εὐχαῖς ἐγὼ
λισσομένα προσέβαν
ὑμέναιον ἀεῖσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
θεὸς ἔδωκε, χρόνος ἔκρανε
λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέταις.
ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.

Chorus nuptiale carmen canere instituens nova re advertitur; Merops enim rex cum filio Phaethonte procedit, comitante praecone, qui ut in re sollemni silentium indicturus est. Iam enim filii nuptiae pridem a rege constitutae obsequio filii ratae sunt faciendae. Exstat in codice huius primi episodii prima pars, quae incipit ab anapaestis quibus chorus progredientes comitatur.

Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς πρὸ δόμων
κῆρύξ θ' ἱερὸς καὶ παῖς Φαέθων
βαίνουσι τριπλοῦν ζεῦγος, ἔχειν χρὴ
στόμ' ἐν ἡσυχίᾳ·
περὶ γὰρ μεγάλων γνώμας δείξει,
παῖδ' ὑμεναίοις ὥς φησι θέλων
ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.
ΚΗΡΥΞ. Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες
εὐφαμεῖτ' ὦ,
ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε,
ὦ ἴτε λαοί.

6 ειαμεροι pr. — προσῐουσαι cod. Non recte Wilam. εὐαμερίαι; nam ὑμέναιοι δεσπόσυνοι = ἀνάκτων εὐάμεροι μολπαί. Versuum autem genus idem atque in priore stropha. Cf. Herc. f. 796 sq. τέκνων τέκνοις μεταμείβει | Θήβαις ἱερὸν φῶς. 7 αιον | (v. 8) σ' cod.; αὔξουσ' GH., sed propius abest αἴρουσ', quod ci. Fritzsche et Maur. Schmidt. Ἄξουσ' Düntzer (Mus. Rh. V, 189); ἄγουσ' Kaibel Wilam., qui metrum commutat (θάρσος). 8 χαρματα ·ει cod., id. pr. τυγχα. In fine sec. H. pr. ηι fuit; οι corr. Ἐπεὶ metri causa scripsi. 9 post οικοις στ. τελεία. 10 τοφαος pr., δ post prius ο superscr. a corr. testatur H.; photographia et Δ clare et paullo obscurius Ε monstrat. Τόδε GH. 11 ευτυχαισ pr. 12 utrumque acc. add. corr. Versus 12 et 13 coniunxit GH. 13 αεισαι pr, corrector Ε induxit, puncta super ι et ut vid. acutum appinxit (αΐσαι). 15 εδωκει pr, corr. ι induxit. 17 ιωτελεια pr; ϊτωτελεια corr. In fine αιδα pr. Apposita est στιγμὴ τελεία. 18 δομῶ cod. 19 θ'ϊερος cod., tum pr ut vid. πισ, corr. summam lineam Π litterae iteravit et α adscripsit. 20 τριπλουν pr, διπλουν corr. (e varia lectione), quod merito nemo recepit. Τρισσὸν ζεῦγος τρισσῶν θεῶν Troad. 924 comparat GH. Post ζευγος τελείᾳ interp. videtur. 21 στομ' cod.; dein ησυχίαι cum μέσῃ. 22 δειχει pr (sec. H. δειχεν). 23 παιδ'; tum οισφησι lego; ωσφησι Bk., bona procul dubio lectione. in fine λεγων pr, θελων corr. 24 νυμφησδε pr ut perhibent; νυμφηστε est corr. In fine τελεία. 25 ΚΗΡΥΞ adscripsit GH.; in cod. omnia ad v. usque 35 choro tribuuntur. 26 apostr. et circumfl. ad ω appinxit corr. 27 απαειρετε corr., απαειρατε pr. Utrum rectius sit, dubitari potest. 28 ωτε pr, ι addidit corr., qui etiam τ litterae superiorem lineam iteravit (ωιε pr sec. H.).

(κηρύσσω δ' ὁσίαν βασιλήϊον
αὐτῷ δ' αὐδάν,
εὐτεκνίαν τε γάμοις, ὧν ἔξοδος
ἅδ' ἕνεχ' ἥκει
παιδὸς πατρός τε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ λέχη
κρᾶναι θελόντων· ἀλλὰ σῖγ' ἔστω λεώς.

Sequebatur oratio Meropis, qua filium ad nuptias cohortatus est. Restant paucissima haec:

ΜΕΡΟΨ. ῡ – υ – ῡ – υ – ῡ – υ –
υ – υ – υ – υ· *εἰ γὰρ εὖ λέγω*
(desunt v. V)
. *Π*. *δ'* – – – –   Pag. IV
θ – – – – – –
ἐν σοὶ ν – – – –
να[ῦ]ν [τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμῶς σῴζειν φιλεῖ,
ὡς τ[ρεῖ]ς [ἀφέντι, προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
σφ[αλ]ερ[ός, ὑπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πέλει.

Cum neque personae nota neque paragraphus tota pagina exstet, perspicitur orationem Meropis per omnes hos versus continuatam fuisse. Reliquorum initia haec legere potui:

τῷ μοι ν —
γῇ διὰ το
γάμοις
ἄλλοις
δώσει τ —
νεο[.] δε
ηδηστο
οὐχ ὡς
παῖς τα
γέρων τ

νέαι θ
τόσῳ δ
δεπωσ
στ . . υδ
κἂν αν
πέσω δ
ελολ
κλε
πολεμ
κηδ

29 *δ'οσιανβασιληϊον* cod. Interpretor cum Hermanno: „indico reverentiam regis", quamvis Wilam. *ὁσίαν βασ.* omnino coniungi posse neget. Sed nudum *κηρύσσω ὁσίαν* neque intellegitur neque simile est loco Herc. F. 927: *φθέγμα ὅσιον εἴχομεν,* quem attulit Wil., vel Bacch. 69 *ἔκτοπος ἔστω στόμα τ' εὔφημον ἅπας ἐξοσιούσθω.* 30 *αυτωδ'αυδαν* cod.; *αἰτῶ δ' αἶσαν* GH., *αἰτῶ δ' αὔξαν* Düntzer (Mus. Rh. V, 190). Sed *αὐτῷ δὲ* (i. e. *τῷ βασιλεῖ*) *αὐδὰν κηρύσσω* rectissime se habent: silento ceteri, loquetur rex. Id durius, quod per zeugma *εὐτεκνίαν* quoque ad *κηρύσσω* adiungitur. Wilam.: *ὁσίαν, βασιλήϊον ἅζων αὐδὰν εὐτυχίαν τε γάμων.* 32 *αδ'*; tum pr *εννεχηκει,* corr. *ενεχηξει* (e varia lectione puto). Recte omnes *ἥκει* edunt. 33 sqq. *ἐν ἐκθέσει* scripti sunt. *τηδενημεραι* pr.; corr. ad prius *η ι* adscripsit, ad *δ* apostrophum. 34 *τηδεστω* pr, *σιγ' εστω* corr. *Τῆλ' ἔστω* N.; sed *τηδ* ex versu priore irrepsisse videtur. Ad initium orationis *(εὐφαμεῖτ' ὦ)* praeco revertitur. — Subiecta paragr. 35 omnino evanuit praeter *ΜΕΡΟΨ'* correctoris. 36 quae legi possunt a corr. scripta sunt. Idem ante *ει στιγμ. τελείαν* appinxit, et quintae quartaeque (sive quartae tertiaeque) litterae ante hanc *στιγμήν* spiritum asperum illi, apostrophum huic. — Pag. IV quod exstat est in folii dextro margine. 1 spir. asp. prope initium app. corr. 4—6 redintegrantur ope Stobaei (Flor. 43,8), ubi post versus ex Phaethonte laudatos hi sequuntur sine auctoris nomine; Arsenius tamen (p. 540, 15) eos Euripidi assignat. Rau dubitat, an huic Meropis orationi attribui possint; inter adespota exhibet Nauck (nr. 450). Legeram v. 4 *να.νω,* v. 5 *ωστησ (τρισ* exstare putes). — 4 *οὐδαμῶς]οὐχ ὁμῶς* Badham. — 6 *πέλει* Heathius: *πόλει.* 7 *ιωμοιν* legi. 18 *τοσωδ* —.

εξο . δ'α
ὅταν γε
κ —
γαμεῖς
και[ο]υχ

οὐκ ἀν
ἆρον βά[ρος?
ηδει . . ι
. τεσυγε
. . . . . .

Proxima iam ingenti lacuna hausta sunt. Cuius ambitum sic fortasse aestimare poterimus. Veri simile est, folia duo quae tenemus primitus cohaesisse et unam plagulam confecisse, quae cum in duas partes, ut fit, dilapsa esset, has librarius Claromontani e codice Euripideo nullo negotio abstulit. Media autem quaternionis haec plagula fuisse non potest, sed potest proxima a medio, vel tertia quartave. Inerant in singulis plagulis versus 328. Videamus igitur, quantum fabulae inter duo folia nostra desideretur. Rectissime post Goethium Wilamowitzius monuit, geri primam fabulae partem brevi tempore quod inter auroram et ortum solis interiectum est: nondum Sol currum conscendit, cum ad deum adit Phaethon. Itaque non est putandum, post Meropis orationem altercationem aliquam inter illum filiumque diu protractam fuisse, eo minus quod in altero fragmento Claromontani recta via omnia de nuptiis procedere videmus. Atque cum constitutum haberet Phaethon inde a prologo, Solem adire, et si comperisset verum illum patrem esse, divinarum nuptiarum fortunam alto animo capessere, non erat quod diu patri credito obloqueretur. Illo sane die nuptias facturus non est; nam rector currus paterni per totum diem aberit. Verum tribuamus huic episodio praeter eos quorum reliquiae exstant LXXX versus, et LXX stasimo chori quod sequebatur; dein omnia raptim facta, et auriga imperitus Iovis fulmine statim deiectus est; nam aut in propinquam regionem aut in scaenam ipsam corpus exanime decidit, quod penes matrem esse in altero fragmento videmus. Ergo proximo episodio et tonitru exauditum est et cognita res a Clymene choroque. Eae in altero fragmento corpus praesto habent, fulmine ictum sciunt, Solem Clymene culpatur, chorus commercium clandestinum cum Sole Phaethontisque veram originem cognita habet. Verum currus aurigaeque infelicis omnino nulla fit mentio. Itaque secus ac Wilamowitzius cum Welckero statuerim, *ἀγγελικὴν ῥῆσιν* et explicationem totius rei post fragmentum alterum secutam esse. Clymene dolore perculsa choro quantum ipsa sciebat aperuerat; cetera adhuc latebant, atque eo vehementius mater deo irascitur. In has autem res CLXX versus sufficere puto, neque amplius una plagula inter duo fragmenta deesse.

Est sane unus locus fabulae, qui contra hunc rerum ordinem pugnare videtur. Legitur apud Plutarchum (Mor. p. 665 C): *πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὔτε κατορύττουσιν* (fulmine ictos), *ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες ὥσθ' ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί, τὴν Εὐριπίδου Κλυμένην ἐλέγχοντες ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος εἰποῦσαν*

φίλος δέ μοι
ἄλουτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς.

Ergo fuisse dicit Wilamowitzius, cum Clymene rem gestam sciret, corpus nondum teneret. Eodem refert versum quem paullo post (666 C) Plutarchus ex Euripide fabula non indicata affert: *πολλοὺς δὲ βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσεν.* [1]) Nam Phaethontis corpus re vera ex casu ipso vulnera accepisse ex fragmento altero Claromontani apparet. Sed ut sit iste versus huius fabulae, quod ego

[1]) Correctus est is versus ope Theonis Smyrnaei (de music. 2 p. 48,3 Hill.), qui ne auctoris quidem nomen indicat. Ap. Plut. est *πολλοὺς γὰρ* et *πνεῦμα* pro *τραῦμα*.

neque affirmo neque nego, in *ἀγγελικῇ ῥήσει* certe locum non inveniet. Alterum autem illum exitui potius tribuerim. Quid enim denique corpore fiet? Non humabitur profecto neque comburetur, sed secundum famam pervulgatam, quam etiam Aeschylus secutus est, apud Eridanum iacebit, eoque transferendum deus aliquis, qui ad solvendum nodum venerit, curabit. Et si quis in praesente tempore *σήπεται* offendit: potest *σήπηται* fuisse, ab *ὅταν* vel *ἐάν* suspensum. Sed his nunc missis ad alterum nostrum fragmentum accedamus.

Reliquiae versuum in pagina priore folii recti leguntur hae:

ι προθυμίαι (vel — *μίᾳ*)
σο . λοψο
οἰκία . υχοι
δυστυχεῖς
. . . λιπών
ξ?] σω χθονός
πλοῦτον δόμων
χοὰς ἄγῃ
ιλοης ἑκών
. . . ἴχνος
. . . ἀνιέτω
χθονὸς σκότου
. . ελει
τυρα]ννίδι
ἐλε[ύ]θεροι
ον πλούσιο[ν
νη πόλις
μη νόμος
σεν ᾔνεσα
. . . ν σοφή
τάγματα
. . . μόνων
ἀμήχανοι
ι γὰρ αὖ πλοκή
. . ημαι τόδε
λογερα
. . . σοῖς κακοτς
σκότῳ
π]οίῳ τάφῳ
. . σεται
ν δι' ἄστεως
. . . ἥλιον
. νεκροί
. . τὰς τύχας
. ν πειρατέον
(desunt v. VI)

In fine agi de sepultura Phaethontis, quae clam Merope fiat, facile perspicitur. Initio Clymenae oratio extare videtur filium plangentis, quae oratio ex Euripidis more sententia aliqua generali (v.14—18) terminabatur. Tum colloquium est, neque vero quisquam praeter matrem et chorum adesse videtur.

In pagina II. Clymene, cum appropinquantem audiat coniugem, choro ancillarum imperat ut quam celerrime secum corpus intro abdant.

(ΚΛΥΜ.)
πυρός τ' ἐρινὺς ἐν νεκροῖς ⏑ – ⏑ –
ζῶσ' ἤδ' ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ ⏑ –
ἀπωλόμην. οὐκ οἴσετ' εἰς δόμους νέκυν;

V. 2 antea *χυψο* legeram. 3 antea *οιχετ*. 5 *λιπῶ*. 7 *δομῶ*. 8 *αγη*. 9 *εκῶ*. 18 antea *ηννομοσ*. 19 *ηνεσα*. 22 *μονῶ*. 28 in fine *μέση στιγμή*. 28 *σκοτωι*. 29 *ιοιωιταφωι*. 30 *II . CΕΤΑΙ*. 32 antea *θλιον*. 35 *πειρατεō*. II, 1 *πυροσθερινυσεννεκροισθερηννυαι* cod. (Bk.); non recte H. in fine *θερηιον*, unde GH.: *πυροῦσσ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θερήϊον —*. *Πυρός τ' Ἐ.* Rau N.; tum *ἐν νεκροῦ στέρνοις ἔτι* Rau, *ἐν νεκροῖς κεραυνίοις* Düntzer, *ἐν νεκρῷ κεραυνίου* Herwerden. 2 *ζωσαηδ'ανιησιατμονεμφανη . . .* (Bk.). In fine vel *πτισα* vel *πυροσ* mihi legere visus sum; sequitur *στ. τελεία*. *Πυρός* aptissimum, dummodo idem vocabulum ex v. 1 removeatur. *Καπνοῦ* GH.; *φλογός* Rau. 3 *δόμους νέκυν* Bk.; *δομθυ* — H.[1]; mihi ut ultra *δομου* (vel *δομω*) certi aliquid legerem non contigit.

πόσις πόσις μοι πλησίον γαμηλίοις
μολπαῖς ἀϋτεῖ παρθένοις ἡγούμενος.
οὐ θᾶσσον; οὐ σταλαγμὸν ἐξομόρξετε,
εἴ πού τίς ἐστιν αἵματος χαμαὶ πεσών;
ἐπείγετ', ὠή, δμωΐδες· κρύψω δέ νιν
ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ' ἐμῷ κεῖται πόσει
χρυσός, μόνη δὲ κλῇθρ' ἐγὼ σφραγίζομαι.
ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας
καὶ τόνδ'· Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλῇ,
ὅστις τὰ σιγῶντ' ὀνόματ' οἶδε δαιμόνων.

Intro abeunt omnes; Merops advenit cum choro virginum, qui orchestram vacuam occupat. Rectissime enim Wilamowitzius hunc chorum ab ancillarum choro separat. Cf. Hippolyt. 67 cum schol.

ΧΟ *Ὑμὴν Ὑμήν.* *στρ.*
τὰν Διὸς οὐρανίαν ἀείδομεν,
τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοις
γαμήλιον Ἀφροδίταν.
πότνια, σοὶ τάδ' ἐγὼ νυμφεῖα – –,
Κύπρι θεῶν καλλίστα,
(τῷ τε μονόζυγι σῷ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις,
σῶν γάμων γένναν·
ἃ τὸν μέγαν *ἀντιστρ.*

4 *ποσισποσισμοι* Bk. recte, quod non sollicitandum *(νοεῖς; π. μοι* N.*)*. *Τιθεισποσισ* H., unde *ἴθ', ὡς π.* GH. Post alterum *πόσις ΜΕΝΟΝ* — H., *μολπαισιον* Bk.; *μοι πλησίον* GH., quod sec. meam collationem in cod. exstat. In fine vel *γαμηλιους* (Bk.) vel *γαμηλιοισ*. Dativus aeque locum habet (v. e. gr. Orest. 1385), et proximo versu commendatur. 5 *μολπαῖς* GH. N. Ultimam versus litt. testatur Bk., ego non vidi. 6 *οιθασσεουσομολγονεξομορξετε* cod. (Bk.). GH: *οὐ θᾶσσον; οὐχ ἄμολγον —.* *Ἄμολγος* dicit quidquid turbidum sit significare. Vellem exempla addidisset. *Οὐ σταλαγμὸν* Dobr. N. 7 *πεσῶ.* 8 lego *επειγετεωηδμωιδεσ (επειωτεωιαλμωιδεσ* Bk.) *Ἐπείγετ', εἶα, δμωΐδες* GH.; de *ἄρα* cogitabat N. 9 *ξεστοισι* (em. Burges GH.), tum *εμωκεισαιποσι* (vel — *σι*) lego; *κεῖται πόσει* Bk. 10 *κληθραιγω.* 11 *ηλιεωσ.* 12 sq. afferuntur in schol. ad Or. 1373: *ὦ κ. ἥλιον, ὥς μ' ἀπ. καὶ τοῦδ'* (i. e. *καὶ τόνδ'* G. H., Philol. II p. 135) *Ἀπόλλων εἰκότως* (cod. Ven. 471; al. *οὕτως εἰ) κλήζῃ βροτός (κλήζει βροτῶς* Ven. 471, *κλ. βροτοῖς* Porson G. H. l. c.). Item a Macrob. Saturn. I, 17,10: *ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι' ὥς μ' ἀπ., ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλήζει βροτός.* Codex: *καιτονδεαπολλωνδενβροτοισορθοσκαλη* (Bk.). Aliquando dubitavi, num in fine *καλισ* esset; sed *Η* littera item in *ΚΟΡΗ* (col. III, 18 extr.) ductum dextrum incurvatum habet. GH.: *καὶ τόνδ'· Ἀπόλλω δ' ἐν βρ. σ' ὀρθῶς καλεῖ;* etiam N. ci. *Ἀπόλλω σ' ἐν βρ. ὀ. καλεῖ;* sed recte Wilam. confert Med. 220. 13 *δαιμονῶ.* 14 Hinc versus *ἐν εἰσθέσει* scripti usque ad 82. Praescripsit X̊ m. sec. Cod. *ειδομεν* (em. Dobr. GH.). 15 male *Ἐρώτων* N. — *παρθενο . .* Bk., *παρθενοι.* ego *(παρθένοις* Burg. GH.). 18 *νυμφιας . . .* Bk. *(ΝΥΜΦΙΑCΦΑΟ* H.[1]), ego *νυμφια (*vel *α* vel *δ),* tum post parvulam litteram quae evanuit *αι* (h. e. linea sinistrorsum inclinata, tum alia praelonga recta). *Νυμφεῖ' ὀφείλω* GH., *νυμφεῖ' ἀείδω* Wilam. 19 *κυπρισθεων̈* cod. 20 *τωτενεοζυγισιω (νεοζυγιστω* Bk. H.*)*. De Amore accipiens GH. *μονόζυγι σῷ* scripsit, quem et ipse secutus sum, quamvis Wilam. acriter *νεόζυγι* tueatur. Sed de huius viri docti explicatione carminis satis mira postmodo videbimus. 21 in fine Bk. *κρυπτεις* (ultima litt. dubia), recte ut videtur; *ΔΑΥωΝ* H. Scilicet Amor in terris non colitur (Hippol. 538 sqq.), neque praesens ibi adest. 22 *γενναν* cod., corr. GH. 23 *αγονμεγαν* Bk., ego *ατονμεγαν* legi. *Ἃ (*scil. *νυμφεῖα) τὸν* GH., *οἳ τὸν* Hartung.

τᾶσδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύετε,
ἀστερωποῖσιν δόμοισι χρυσέοις
ἀρχὸν, φίλον Ἀφροδίτᾳ.
ὦ μάκαρ, ὦ βασιλέως μείζων ἔτ' ὄλβον,
ὃς θεὰν κηδεύσεις,
(καὶ μόνος ἀθανάτων
γαμβρὸς δι' ἀπείρονα γαῖαν
θνατὸς ὑμνήσῃ.

24 *τῆσδε* non recte Bk.; *ΤΑCΔΕ* etiam H. In fine *νυμφευεται* Bk., *νυμφευεια* H[1]; non dubium illud exstare vel exstitisse. *Νυμφεύετε* GH. 25 *αστερωτοισιδομοισιχρυσειον* cod. (*χρυσεων* Bk., *χρυσειην* H.). *Χρυσέων* Wilam. tuetur, ornamenta aurea intellegens; *χρυσέοις* GH. *Δόμοισιν* N. 26 *αρχεονφιλοναφροδιτα* cod., *ἀρχὸν* et *Ἀφροδίτᾳ* GH. 27 *ωμακαρωνβασιλευσμειζωνετολβον* cod. (*μειζωνστυλβοσ* Bk.); em. GH. 28 *κηδεύσεις* GH.: *τηδευσεισ* cod. (*τηλευσεισ* Bk., *τηδευεισ* vel *τηθευεισ* H.). 31 *υμνησειται* cod., em. GH.

Mira quamvis ingeniosa ratione hoc carmen explicavit Wilamowitzius[1]). Cum Hesiodus in Theogoniae v. 986 ff. Aurorae filium Phaethontem narret a Venere raptum et in templo eius ut *νηοπόλον μύχιον* collocatum esse, hunc Phaethontem opinatur ab Euripide cum Solis filio commisceri, fierique apud tragicum poetam non ministrum Veneris sed sponsum, qui iustis nuptiis eam in matrimonium ducturus sit. Verum talia ut crederemus, oportebat apertis verbis poetam ea declarare; nunc autem tantum abest ut declarentur, ut coniecturis demum is sensus inferendus sit. Hunc fere in modum Wilamowitzius verba constitui vult: *πότνια, σοὶ τάδ' ἐγὼ νυμφεῖ' ἀείδω, Κύπρι θεῶν καλλίστα, τῷ τε νεόζυγί σοι πώλῳ* (i. e. Phaethonti), *τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις* (quem condes in caelo), *σῶν* (i. e. Meropis) *γάμων γένναν, τόν, ὦ μέγας τᾶσδε πόλεως βασιλεύς* (Meropem alloquuntur), *νυμφεύεται* (*τὸν νυμφ.* „cui nubit", cuius constructionis exemplum nullum exstat) *ἀστ. δόμοισι χρυσέων* (ornamentorum aureorum) *ἀρχὸν φίλον Ἀφροδίτα. ὦ μακάρων βασιλεὺς μείζων* („o rex maior quam immortales"; iterum Meropem dicunt) *ἔτ' ὄλβον κτέ.* Ipse addit Wilamowitzius, vix se credere poëtam ita scripsisse; sensum tantum praestare vult, non verba. Sed ut violentissime torqueas ea quae tradita habemus, non sequuntur verba in eum sensum nisi aegerrime et ut invitis eis vim inferri plane cernas. Nobis contra Venus nihil est nisi pronuba, domina amorum, virginibus nuptias concilians (v. 57): quare merito nuptiali carmine celebratur una cum filio Amore. „Magnus autem urbis rex" Phaethon recte praedicatur, cum sit unicus regis filius atque heres, et *ἀστερωπὰ δώματα* de Meropis regia non video quidni dici possit, cum de Menelai aedibus haec praedicet Homerus: *ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης δῶμα καθ' ὑψερεφὲς Μενελάου κυδαλίμοιο* (Od. δ 45). Denique *θεὰν κηδεύειν* non potest esse nisi „in matrimonium ducere": „affinem fieri" est *κηδεύειν τινί.* Recte autem omnia se excipiunt: modo Phaëthon *μέγας βασιλεύς* nominatus erat; iam hoc *βασιλεύς* non sufficit choro, sed supra regale fastigium statim sponsum extollit. Sed haec hactenus; nos ordine nostro procedamus.

[1]) Praeivit quodammodo Rau p. 55 sq.

ΜΕΡ.	*Χώρει σύ, καὶ τάσδ' εἰς δόμους ἄγων κόρας*
	γυναῖκ' ἄνωχϑι πᾶσι τοῖς κατὰ στέγας
	ϑεοῖς χορεῦσαι, καὶ κυκλώσασϑαι δόμους
	σεμνοῖσιν ὑμεναίοισιν, Ἑστίας ϑ' ἕδος,
	ἀφ' ἧς τις ἔμφρων πᾶσιν ἄρχεται ϑεοῖς
	εὐχὰς πο[ιεῖσϑαι – ◡ – ◡ – ◡ –
	(desunt v. IV)
	ϑεᾶς προσελϑεῖν τέμενος ἐξ ἐμῶν δόμων. Pag. III.

Minister qui post prima verba regis (v. 73 sqq.) virgines intro abduxerat, subito revertitur.

ΘΕΡΑΠ.	*ὦ δέσποτ', ἔστρεψ' ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.*
	οὐ γὰρ σὺ σῴζῃ σεμνὰ ϑησαυρίσματα
	χρυσοῦ, δι' ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης
	καπνοῦ μέλαιν' ἄησις ἔνδοϑεν στέγης.
	προσϑεὶς πρόσωπον, φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρός,
	γέμοντα δ' οἶκον μέλανος ἔνδοϑεν καπνοῦ.
	ἀλλ' ἴσϑ' ἐς οἶκον, μή τιν' Ἥφαιστος χόλον
	δόμοις ἐπεισφρεὶς μέλαϑρα συμφλέξῃ πυρὶ
	ἐν τοῖσιν ἡδίστοισι Φαέϑοντος γάμοις.
ΜΕΡ.	*πῶς φῄς; ὅρα μὴ ϑυμάτων πυρουμένων*
	κατ' οἶκον ἀτμὸν κεῖσ' ἀποσταλέντ' ἴδῃς.
ΘΕΡ.	*ἅπαντα ταῦτ' ἤϑρησ', ἐὰν ποϑ' ὡς ἔχῃ.*
ΜΕΡ.	*οἶδεν δ' ἐμὴ τάδ' ἢ οὐκ ἐπίσταται δάμαρ;*
ΘΕΡ.	*ϑυηπολοῦσα ϑεοῖς ἐκεῖσ' ἔχει φρένας.*
ΜΕΡ.	*ἀλλ' εἶμ', ἐπεί τοι καὶ φιλεῖ τὰ τοιάδε*
	ληφϑέντα φαύλως ἐς μέγαν χειμῶν' ἄγειν.

32 *δομοσαγων* cod. (*δόμους ἄγων* non recte Bk., *ϑομοαιων* H.[1]). 33 *γυναικανοχϑι* cod. *Κατὰ στέγας* Rau coll. H. F. 609: *καταστομα*. An *κατὰ σταϑμά*? cf. frg. I, 52 (2,11). 34 *κανκυμωσασϑαιδομοισ* cod. (Bk. in fine *ϑαι. μοι.*). *Καὶ κυκλώσασϑαι* GH. 36 *αφηστισωφρωνπασανσαρχεταιϑε.ι* (extremarum litterarum inferior pars recisa est). Bk.: *ἀφ' ἧς τι σώφρων πασιν . . αρχετ . . .*; hinc GH.: *ἀφ' ἧς τὸ σῶφρον πᾶς ἂν ἄρχεσϑαι ϑέλοι εὐχὰς ποιεῖσϑαι.* N.: *ἀφ' ἧς γε σώφρων* (ita Hartung) *πᾶς ἂν ἀρχετ . . .* 37 *εὐχὰς π . . .* Bk.; post *π* summa pars litterae O exstat. Pag. III, 1 *προσελϑιν;* in fine *δομῶ*. *Προσέλϑῃ* GH. Sub *ϑεασ* paragr. a corr.. 2 *ΘΕΡΑΠ|* praescr. corr.; tum cod. *ωπατερεστρεφα;* corr. ad *πατερ* superscr. *δεσποτα*. Itaque Burges. GH.: *ὦ δέσποτ' ἔστρεψ'*. At N. ex lectione pr. m. *ὦ πᾶτορ* elicuit, fort. recte, quamquam haec glossa apud tragicos alias non exstat; sed habent et Euripides et alii verbum *πάσασϑαι πεπᾶσϑαι* = *κτήσασϑαι κεκτῆσϑαι*. 3 *ουγαρσυζωση* cod.; *α* a corr., qui etiam spiritum addidit. *Σῴζεις* Burges., *σῴζῃ* GH., *σῴζει* N. Tum *σεμναϑηραυσμιτα*; em. Burg. 4 *εξαμειβετε* cod. (non recte — *ται* Bk.) 5 *καταινου* cod., em. GH. Dein *μελαιναησις* recte cod: (exstat *ἄησις* Rhes. 417). *μελαινανωσ* Bk., *μελαιναηωσ* H.[1], *μελαιναιεισ* H.[2] *Μέλαινα λιγνὺς* GH. 7 *ἔνδοϑεν καπνοῦ* recte Bk.; H. *εναωναιϑιπου*, unde *ἔνδον αἰϑάλου* GH. 8 *αλλεσϑ* cod. (H.); *ἀλλ' ἴσϑ'* Bk. In fine *χολō*. 9 *συμφλεξηπυρι*. 10 *ηδιστοισιν*. Subiecta paragr. 11 *ΜΕΡ|* (corr.) *πωσφησορα*; in fine *πυρουμενῶ*. 12 *κεισεαποσταλεντιδης*. Subiecta paragr., ut sequentibus tribus. 13 *ΘΕΡ|* *απανταταυτηϑρησεκανπωτουσεχει*. GH.: *ἅπαντα ταῦτ' αἴϑρη τ' ἀκάπνωτοι ϑ' ὁδοί* (scil. H. falso in extr. v. *τουσοδοι* legerat). Bothius: *ἅπαντα πάτερ ἤϑρησα κἀντώπησ' ὁδῷ*. Wilam.: *ἅπ. ταῦτ' ἤϑρησ', ἀκαπνώτως δ' ἔχει*. 14 *ΜΕΡ|* *ουδενδ'εμηταδ'ηουκεπισται* (*επισται* etiam H., falso Bk. *ἐπίσταται*). 15 praescr. *ΘΕΡ|*. 16 *ΜΕΡ|* *αλλ'ειμιεπειτοικαιφιλι* (pr., sed corr. *φιλεῖ*). 17 *εσμεγαχειμωναδι;* lineam super extremum *ι* (Bk. H.) non notavi, neque in photographia apparet. *Ἄγειν* GH.

σὺ δ' ὦ πυρὸς δέσποινα, Δήμητρος κόρη,
Ἥφαιστέ τ', εἴητ' εὐμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.

Ubi intro rex cum pedissequo abiit, chorus ancillarum alia porta trepida fuga se eiciunt orchestramque rursus occupant.

ΧΟ. *Τάλαιν' ἐγὼ τάλαινα, ποῖ πόδα*
πτερόεντα καταστάσω;
(τίν' αἰθέρ'; ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαν-
(τον ἐξαμαυρωθῶ;
ἰώ μοί μοι, κακὰ φανήσεται·
βασίλεια τάλαινα παῖς τ' ἴσω
χρυφαῖος νέκυς·
ὀτοτοτοῖ, κεραύνιαί τ' ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαὶ λέχεά θ' Ἁλίου.
ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν.
Ὠκεανοῦ κόρα,
πατρὸς ἴθι πρόσπεσε
γόνυ λιταῖς, σφαγὰς
σφαγὰς οἰκτρὰς ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς.
ΜΕΡ. *ἰώ μοί μοι.*
ΧΟ. *ἠκούσατ' ἀρχὰς δεσπότου στεναγμάτων;*
ΜΕΡ. *ἰὼ τέκνον.*
ΧΟ. *καλεῖ τὸν οὐ κλύοντα δυστυχῆ γόνον.*
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ *των ὁρᾶν σαφῆ.*
(des. v. III)

(ΤΡΟΦΟΣ)

---

18 *σεσ'ω.* De *θεοκρασίᾳ* quae hic conspicitur cf. Wilam. p. 406,1. 19 *ηφαιστεειηρεπευμερεισ* cod. H², *Ἥφαιστέ τ' εἴητ' εὐμενεῖς* Bk., quae coniectura est, non lectio. L. Dindorfius ci. *τ' εἴτε πρευμενεῖς;* N. *τ' ἔστε πρευμενεῖς.* 20 praescr. Χ̣. *Ἐν εἰσθέσει* scripti versus 20—28, rursus *ἐν ἐκθέσει* 29, tum *ἐν εἰσθέσει* 30—33. Non est strophicum carmen. — *ποῦ πόδα* N. ci. 22 *τιναθερη* cod., *τίν' αἰθέρ' ἢ* GH.; *ἀν' αἰθέρ' ἢ* N. Sed male coniungitur *ἀν' αἰθέρ' ἐξαμαυρωθῶ*; itaque interrogandi signum post *αἰθέρα* posui, ut suppleretur *πόδα καταστάσω* et *εἰς.* 23 *εξαμαυρωσω* cod., em. GH. 24 *καταφανήσεται* Bk., *κακὰ φανήσεται* N. Ipse *κακαφανησεται* legi. 26 *χρυφεοννεκυσ* cod., em. GH. 28 *λεχεαταλιου* cod. *(δεχεαιαλιου* H*)*, quod nescio an non recte mutetur, cf. Ahrens D. D. 39 sq. *Θ' Ἁλίου* Bk. 29 in fine *κακῶ.* 31 pro *πατρὸς ἴθι* N. ci. *πρόσιθι.* Versus idem est in Aeschyli Eumen. 159 cum dochmiis coniunctus: *ὑπὸ φρένας ὑπὸ λοβόν.* 32 *γονυταισφαγασ* cod.; *γόνυ λιταῖς σφαγάς* GH.; *γονυπετὴς σφ.* ci. N. 33 *οικτραταρκεσαι* legi; in photographia est *οικτρααρκεσαι* (Bk. H.). *Οἰκτρά τ'* GH.; praetuli *οἰκτρὰς* (Burges). — Subiecta paragr. 34 *ἐν εἰσθέσει* scriptus, item 36; *ἐν ἐκθέσει* 35. 37. Praescr. *ΜΕΡ'*, 35 Χ̊ (paragr.), 36 *ΜΕΡ/* (paragr.). 35 *ηκουσαταρχασ* cod. (H.); falso Bk. *ἤκουσ' ἀπαρχῆς (ἠκούσατ' ἀρχῆς* id. ap. Burg.). *Ἤκουσ' ἀπαρχὰς* (sine interrogatione) fort. praeferendum dicit N.[1] 37 *καλει* aegre in imo margine nunc leguntur; *κα]λεῖ* Bk. Item Χ̊ nunc deest. 38 *ὁμμά]των* Bk. Est vestigium *Α* litterae; sed ante eam potius *Ψ* quam *Μ* fuisse videtur. 39—40 item chori fuerint, de nutrice egrediente; v. 41 necessario nutricis fuit.

διαυ – υ – ? Pag. IV
ὃς ὑμεν[αι υ – υ – – υ –
εὐκελ[αδ – υ – υ – – υ – .
ὡς οὐρα[ν – υ – υ – υ – υ – ?
σὺ δὲ παρ – υ – υ – – υ –
δα ῠ̲ – υ – ?
ουκειοι — — — —
ὑμέναι[ο – υ – υ – υ – υ – ?
ολ — —
βο — —
δα — —
σι — —
το — —
ιλε
φι
ὅστις ισ – υ – υ – – υ –
οι — —
κα — —
λι — —
καλεῖτε – υ – υ – υ – υ – ?
ὃς ἐμὰ ν – υ – υ – – υ – (vel ὃς ἐμὰν – –)
κακὰ δὲ – υ – υ – – υ –

Nutricis canticum Phaethontis potissimum planctum exhibebat, cuius casum infelicem tum demum cognovisse videtur. Conscia autem ea fuerat clandestinae cum Sole consuetudinis, e qua Phaëthon ortus: quae ut patefieret Meropi, poëta nutricis persona usus est. Iam enim rex in scaenam progredietur, corpus filii portans, et e nutrice quaeret quid rerum gestum sit.

ΧΟ. ὅδ' ἐκ δό[μων υ – υ – υ – υ –
παιδὸς φ[έρων δύστηνον ἀθλίου νέκυν ?
ΜΕΡ. εἶεν, σύ? — — — —
ὡς εισο — — — —
οἵαν εκ — — — —
θεᾶς δὲ — — — —
ΤΡΟΦ. ὤμοι.
ΜΕΡ. στέναξ[ον – υ – υ – υ – υ –
ΤΡ. αἰαῖ.

Pag. IV, **1—22** monodiam nutricis continuerunt, stropharum lege ut assolet carentem. Versuum ἐκθέσιν εἴσθεσίν-que imitatus sum. **7** υ distincte legitur. **10** βο vel βω. **22** subiecta paragr.; cum ante 23 exstet Χ̊, apertissimum est ea quae antecedunt chori non fuisse. **23** praescr. Χ̊, tum οδεκδο. **24** φ litterae prima tantum parvula pars relicta, si quidem φ fuit. Subiecta paragr. **25** legi ΜΚΡ: ειεν (haec non ambigue) ου. **26** εἴσομαι? Inde a v. **28** singulis versibus subiecta paragr.; praescriptum 29 ΤΡΟΦ/, 30 ΜΚΡ/, 31 ΤΡ/, 32 ΜΚΡ/, nihil reliquis. **29** integer videtur; **31** integer est.

MEP. *διπλᾶ δ[ακρύσεις?* – ∪ – ∪ – ∪ –
TP. *τί γὰρ λέ[γειν μ' ἄνωγας?* – ∪ – ∪ – ;
MEP. *τίς παῖδ'[ἀπέκτειν'?* – ∪ – ∪ – ∪ – ;
TP. *εἰδὼς δ[ὲ* – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ;
MEP. *ἵν' ἀντα[μείψωμ'?* – ∪ – ∪ – ∪ –
TP. *σμικρῷ* — — — —
MEP. *κρεισσ* — — — —
TP. *οοσεο* — — — —

(des. v. II)

---

32 „nisi verum confessa eris" scil. **35** „si resciveris, quid lucrabere?"

Num igitur rex suspicatur, odio deae nurus incensam Clymenen ipsam filium sustulisse? Aperte nutrici magnum malum minitatur, nisi statim confessa sit. Et probabile est, verum hac ratione ex ea extortum fuisse, iramque Meropis in uxorem vel magis inflammatam. Sed deus aliquis succucurrit, vel Solis vel Iovis imperio missus: qui et totam rem ut gesta erat enarravit et quid fieret praecepit; itaque infelix mater incolumis mansit, corpus filii in Padi regiones longinquas asportatum.

Reliquum est ut cetera fragmenta huius fabulae, praeter prologi ea quae iam exhibuimus, ordine percenseamus.

Eustath. Odyss. p. 1731, 54, de *φερνή* vocabulo agens (*ἐν Φαέθοντι Εὐριπίδης*):

ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Alterum versum Plutarchus quoque laudat, Mor. p. 498 A. Iam Goethius et Phaëthontis personae tribuit et colloquio eius cum matre inseruit, i. e. prologo fabulae.

Stobaeus Floril. XL, 2: *τοῦ αὐτοῦ (Εὐριπίδου) Φαέθοντι.*

ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

Phaethonti item tribuit Goethius, recte procul dubio: sed de loco deque conexu ambigi potest.

Stob. ibd. XCIII, 3: *Εὐριπίδου Φαέθοντι.*

δεινόν γε, τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον,
σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τοῦδε ταἴτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρεφεῖ,
τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης;

Meropi dedit Rau, Phaëthonti post Goethium Welcker, neuter apte satis. Exclamantis sunt haec, non disserentis. Num Sol ita dixisse narratus est, postquam currum paternum Phaethon postulavit? — In v. 2 *τούτου* B, *τοῦτο* A al., *τοῦδε* Arsenius p. 361, 22 (Gaisf.); *τοῦδέ γ' αἴτιον* ci. N., nescio cur in articulo offendens. — 3 *συνηρετεῖ* Meineke, *συνερετμεῖ* Dobr. N. Sed videtur *συνηρεφεῖν τινι* dictum esse ut *ἐπισκοτεῖν τινι*; *τυφλός* autem constat et activo et passivo sensu usurpari. — 4 *καὶ τῆς τέχνης* ci. Mein., *καὶ δυστυχεῖς* C. F. Halm (lect. Stob. II, p. 56). *Τυφλός* cum genet. est ap. Xenophontem Conviv. 4, 12; Meineke *κωφός τινος* confert, quod exstat ap. Menandrum Aneps. I, 2.

Stob. ibd. XLIII, 2: *Εὐριπίδου Φαέθοντι.*

ἐν τοῖσι μώροις τοῦτ' ἐγὼ κρίνω βροτῶν,
ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
ἢ καὶ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.

Ne hos quidem versus ulli personae aptiores puto quam Solis, cui post Goethium Welcker tribuit; minus apte Meropi Rau. — V. 2 *ὅστις τῶν πατέρων* librorum em. Grotius.

Subiungamus cetera eiusdem narrationis quae videntur fragmenta:

[Clem. Alexandr. Paedag. III, 2 p. 260 Pott., non memorato auctore neque fabula: *μὴ θίγης ἡνιῶν παιδίον ἄπειρος ὤν, μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών.* Ad Euripidis Phaëthontem rettulerunt Grotius alii, in senariorum numerum refingere studentes. Est autem nunc alter versus tetrameter creticus, alter (*μηδέ ⟨γ'⟩ ἀναβῇς*) paene senarius comicus. Ergo haec recte Nauckius procul arcuit.]

Athenaeus XI, p. 465 B: *διόπερ καὶ Εὐριπίδης ἕνα τῶν Ἡλίου ἵππων φησὶν*

Βακχίου φιλανθέμου
Αἴθοπα πεπαίνοντ' ὀρχάτους ὀπωρινούς,
ἐξ οὗ βροτοὶ καλοῦσιν οἶνον αἴθοπα.

Admodum probabiliter ad huius fabulae hanc partem post Matthiaeum rettulit Rau; Nauck inter incertarum fabularum fragmenta reliquit. — V. 1 *φιλανθέμου* Schweighaeuser pro *φιλανθέου* librorum.

Longinus qui dicitur *π. ὕψους* c. 15, 4 de Euripide: *ἥκιστά γέ τοι μεγαλοφυὴς ὢν ὅμως τὴν αὐτὸς αὑτοῦ φύσιν ἐν πολλοῖς γενέσθαι τραγικὴν προσηνάγκασε — —. τῷ γοῦν Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος*

„ἔλα δὲ μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ' ἐμβαλών·
κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἁψῖδα σὴν
κάτω διήσει

φησίν, εἶθ' ἑξῆς,

ἵει δ' ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον".
τοσαῦτ' ἀκούσας παῖς ἔμαρψεν ἡνίας·
κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων
μεθῆκεν, αἱ δ' ἔπταντ' ἐπ' αἰθέρος πτυχάς.
πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς
ἵππευε παῖδα νουθετῶν· „ἐκεῖσ' ἔλα,
τῇδε στρέφ' ἅρμα, τῇδε."

ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται; κτέ.

V. 2 *ἁψῖδα σὴν* Faber: *ἁψίδας ἣν* cod. Paris. — 3 *διήσει* Faber: *δίεισι* Par. — Post v. 6 scriptorem quaedam omisisse statuit O. Jahnius, recte puto. — 5. *τίς ἔμαρψεν* Par.; *παῖς ἔμ.* Grotius, *εἶτ' ἔμ.* Manutius N. — 7. *ἔπταντο* Par. — *πτυχάς* N.: *πτύχας*. — 8. *ὄπισθεν ὦτα* ridicule Par. — *σειραίου* Rutgers: *σειρίος* Par. — 9 sq. *ἔλα τῇδε στρέφ'* Portus: *ἐλατῆρα ἔστρεφ'* Par. (*ἔλα, τήρει, στρέφ'* Bergk).

Eiusdem loci fragmentum est ap. schol. Arat. 172: Hyadas numero tres esse dicere Euripidem *ἐν τῷ Φαέθοντι.*

Plutarch. Moral. 416 DE: *ἡ δὲ φύσις αἰσθητὰς εἰκόνας ἐξέθηκε καὶ ὁμοιότητας ὁρωμένας, θεῶν μὲν ἥλιον καὶ ἄστρα, θνητῶν δὲ σέλα καὶ κομήτας καὶ διάττοντας, ὡς Εὐριπίδης εἴκασεν ἐν οἷς εἶπεν*

ὁ δ' ἄρτι θάλλων σῶμα, διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα.

Iterum affert idem p. 1090 C, ubi *σαρκὶ* exstat pro *σῶμα*. Huic fabulae tribuit Rau, comparans Ovidii haec de Phaethonte dicta (Metam. II, 320 sqq.): *volvitur in praeceps, longoque per aëra tractu fertur, ut interdum de caelo stella sereno etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.* Saepius Plutarchus hac ipsa fabula utitur.

Aliarum partium hae sunt reliquiae:

Plut. Mor. p. 608 DE: *ἀλλὰ δέδια πάλιν μὴ συνεκβάλωμεν τῷ λυποῦντι τὴν μνήμην, ὥσπερ ἡ Κλυμένη λέγουσα μισῶ δ' εὐάγκαλον τόξον κρανείας, γυμνάσιά τ' οἴχοιτο, ἀεὶ φεύγουσα καὶ τρέμουσα τὴν ὑπόμνησιν τοῦ παιδός.* Scilicet haec filii memoriam acerbam revocatura erant matri (Rau p. 42). Primis questibus Clymenes attribui possunt (v. eund. ibd.) Versuum incerta restitutio: Boissonadius *στυγῶ* pro *μισῶ* scripsit et in fine *μοι* addidit; Nauck *μισῶ δὲ . . ἀγκύλον τόξον κρ., γ. δ' οἰχοίατο* (hoc sec. Duebnerum). Sed pluralem numerum apud Euripidem vix toleres, neque in *εὐάγκαλον* offendo.

Plut. Mor. p. 465 A: *τὸ τοῦ τραγικοῦ Μέροπος οὐ πέπονθας οὐδ' ὡς ἐκεῖνον εὐδαιμονίζων ὁ ὄχλος ἐξέπληξε τῶν φυσικῶν παθῶν.* Trimetrum tragicum refinxit Meineke (Exerc. in Athen. spec. 1 p. 38 = Anal. crit. ad Ath. p. 233): *εὐδαιμονίζων ὄχλος ἐξέπληξέ με;* idem hanc fabulam agnovit.

Plut. Mor. p. 665 C:

φίλος δέ μοι
ἄλουτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς.

De hoc fragmento iam supra (p. 9) diximus. *Ἄλουτος* Musgravius pro *ἀλλ' οὗτος* librorum restituit.

Athenae. XI, 503 D de voce *ψυκτήριον* agens:

ψυκτήρια
δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

V. 2 *φίλοισιν* codd. A B, *λέξεται* omnes (em. Casaub.). *Δένδρων* ci. Dobraeus, et ceteris locis quos Athen. affert *ψυκτήριον* pro substantivo est. Sed *φίλαισιν ὠλέναισιν* multo melius ad *δένδρεα* refertur quam ad *ψυκτήρια*. Ad exitum fabulae post Matthiaeum rettulit Rau: contra Meineke (Exerc. in Athen. spec. 1 p. 37) ex Solis oratione desumpta putat; nam Ovidium quoque (Metam. II. 76) deum facere haec praemonentem: *forsitan et lucos illic urbesque deorum concipias animo e. q. s.* Itaque *οὐ ψυκτήρια κτέ.* apud Euripidem fuisse debere. Non credo, neque enim hic totus Ovidii locus Euripidem sapit.

Denique Plinius H. N. XXXVII. 2, 31: *Phaethontis fulmine icti sorores luctu mutatas in arbores populos, lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocavimus, electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit ἠλέκτωρ, plurimi poetae dixere, primique, ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Euripides, Satyrus, Nicander.* Haec commode cum Luzacio ad Hippolyt. 730 sqq. referri possunt; sed non item quae paullo post Plinius addit: *nam quod Aeschylus in Iberia — Eridanum esse dixit eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus et Apollonius in Adriatico*

littore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati sucini in tanta ignorantia orbis. Rhodani enim nulla in Hippolyto mentio: itaque neque Luzacius Matthiaeo persuasit neque Wilamowitzius, qui illius sententiam amplexus a Phaethonte fabula haec semovet, mihi persuadet. Id facile concedo, Heliadum in ea vix posse ullas partes fuisse; electrum num qua ratione poeta intulerit dubium relinquo.

Sed haec nunc hactenus. Goethii verba mihi pro clausula dissertationis apponere liceat, quibus haec fragmenta olim ille prosecutus est: Möge die Folgezeit noch einiges von dem höchst Wünschenswerthen entdecken und die Lücken authentisch ausfüllen. Ich wünsche Glück denen, die es erleben und ihre Augen, auch hierdurch angeregt, nach dem Alterthum wenden, wo ganz allein für die höhere Menschheit und Menschlichkeit reine Bildung zu hoffen und zu erwarten ist.

Verum maximus patrius poeta maximas res patriae in memoriam revocat. Scilicet proxime instat dies toti Germaniae laetissimus exoptatissimus, quo natalicia Augustissimi Imperatoris Germaniae Borussiaeque regis GVILELMI I. rite celebrabuntur. Non est fas neque fieri potest, ut in tanto concursu Germaniae omniumque ordinum populi maximo gaudio Academia nostra Christiana Albertina cum suis civibus vacet. Itaque ab ea in magna aula die XXI. mensis Martii hora I post meridiem sollemnia celebrabuntur, in quibus communia omnium vota communemque laetitiam oratio ab eo qui h. t. munere professoris eloquentiae fungitur, Friderico Blass, patrio sermone habenda interpretabitur.

His sollemnibus ut prompto lubentique animo interesse velint, ea qua par est observantia magistratus Regios perillustres cum civiles tum militares, magistratus urbicos summe colendos, sacrorum antistites maxume reverendos, scholae humanitatis studiorum fundamenta strenue iacientis praeceptores honoratissimos, nec non viros spectatissimos ornatissimosque, qui aliquo officii vel studiorum vinculo cum universitate nostra coniuncti sunt, denique urbis incolas et quicunque patriae nostrae favent cupiuntque, rogatos invitatos esse volunt Rector et Consistorium academicum Universitatis Kiliensis.

Dabamus Kiliae Holsatorum die X. mensis Martii MDCCCLXXXV.